



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas  
Psalmorvm Decades**

**Luther, Martin**

**Basileae**

**VD16 L 5540**

Domine dominus noster, q[uod] admirabile est nomen tuum in uniuersa  
terra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

## MAR. LUTHERI OPERATIO

*Semita maris* Quærat autem quispiam, cur semitas maris tribuant pescibus, & ijs qui in eo  
versantur, cum nihil minus in mari, & semita, sicut & in aere, appareat? Forte  
q̄ mare totum sit peruum, in quo qualibet bestia suum iter faciat, & tamen  
nunq̄ communis, & regia uia perseveret, neque eadem uia saepius ibi teratur.

Verum hæc leuicula.

*Cultus Christi legitimus.* Habemus itaq̄ Christum passum, coronatum, prædicatum, ac creditum in  
hoc psalmo descriptum egregie: quem titulus torculari suo nobis indicauit a  
principio. Ideo, ut denuo inculcat eius legitimum cultum, qui alius non est,  
& fides, laus, prædicatio, confessio, repetit uersum primum, dicens:

Domine dominus noster, q̄ admirabile est nomen tuum in uni-  
uersa terra.

Magnum est enim, & arduum hunc Enos, & filium Adam credere tantæ  
& gloriae, & dignitatis esse: Ideo repetendum, & assidue id inculcandum mo-  
net. Stat enim sententia: Deum esse memorem, uisitatem, coronatorem, sed  
eorum duntaxat, q̄ obliuione, ignominia, solitudine sunt extreme in nihilum  
redacti, qualem enim exaltasse Christum, hoc psalmo scribitur, tales, & sem-  
per exaltaturus eodem exemplo cognoscit uoluit: In quo satis demonstravit,  
oculi domini in quos nam oculi sui sunt aperti & firmati: Nempe oculi domini super lustos,  
aperti in eos, (id est, eos qui sunt nihil in hac uita, tam sibi, & hominibus) quia humilla re-  
qui sunt nihil spicit in celo & in terra. Atq̄ hæc ipsa misericordia eius facit, ut magnum sit  
in hac uita. nomen eius in uniuersa terra.

## PSALMVS NONVS.

Aduictoriā pro occultis filiī, Psalmus Dauid.

*Scopus huius Psalmi.* Quanta bone deus, est huius tituli exponendi uarietas: alius mortem Absa-  
lomi, alius mortem Goliath, alius instrumentum musicum, alius iudicium dei  
occultum, alius iuuentutem, alius Cantorem psalmi, aliud aliud intelligit. De  
quibus omnibus, qui uolet lyram Burgeñ, & Reuchlin uideat,

Ego quantum ex scopo psalmi capere possum, sequar Burgenſis titulum,  
non interpretationem, qui dicit **על מותה** Almuth, quod pro occultis transfer-  
tur, hebraice iuuentutem significare. Est enim psalmus iste omnino genera-  
lis, quædam gratiarum actio, exultatio, exhortatio, oratio plena iucundis affe-  
ctibus, de uictis uincendisque assidue inimicis, quæ non possit conuenire, nisi  
populo in medio inimicorum agenti, pugnantι, uincenti, triumphanti, tam  
de præteritis, & præsentibus, & futuris loquenti. Quare de populo Christi,  
præsertim Martyribus & eorum persona psalmum esse dictum, non dubito.  
Quod, ut aliquantulum demostremus, titulum hebraicum tracieamus, qui sic  
habet: **לְמִזְמָרְתָּךְ עַל מוֹתָךְ בְּנֵי רֹאשׁ** Lamnazeah, Almuth, Laben,  
Mizmor, Ledauit. Lamnazeah, ad uictoriā sonat, satis expositum supra.  
Mizmor, Ledauid, psalmus Dauid. Reliquum est Almuth Laben, Si Almuth  
cum Hieronymo diuidas, in duas dictiones (quod Lyra negat) sonat super  
mortem, seu ad mortem: Et hinc alij mortem Goliath, alij Absalom, hic som-  
niant. Si unam dictionem serues, est nomē abstractuum a uerbo **אֶלְעָם** Alam,  
quod abscondit, significat: A quo uerbo Adolefens, & Adolescentula uo-  
cantur, Elem, & Alma: Quod in tabernaculis, & abscondito educarentur,  
cum pert